

propositi dubij, quâ & receptæ virorū
 præclarorum definitiones asseruntur: &
 omnis culpa persuasæ contradictionis
 exteritur. In definitionibus etenim si-
 milaris & dissimilari, quæ actu inhæ-
 rent partes intelligendæ veniunt: siue
 iam sola cogitatione percipiuntur, seu
 sensus etiam adminiculo. In libro igi-
 tur de Elemētis, partes sensu similes vel *1. de Elem.*
 dissimiles intelligit, & similia cor- *6. 7. 8.*
 pora, fibram, membranam, carnem, a-
 dipē, quæq; sunt reliqua, *πρῶτα ἢ ἀπλά-
 στα αἰσθητὰ στοιχεῖα*, sensibilia elemēta, &
ὡς πρὸς τὴν αἰσθησιν ἀπλά, quoad sensum
 simplicia denominat: nimirum, ea par-
 tium similitudine prædita, quæ sub a-
 spectum, sensumve cadat. In libris verò
 simplicium, partes ratione similes vel *Lib. 3. c. 14*
 dissimiles intelligit: dicens, omnia pro-
 pmodum medicamenta quantumuis
 sensu simplicia, naturâ tamē, *τῇ φύσει*, vel
πρὸς τὸν λόγον, composita esse. Ut ita in li-
 bris simplicium de partib. naturâ: in reli-
 quis verò de iisdē sensu diuersis verba
 faciat: Hæc quidē aliquo veritatis prete- *Instantia.*
 xtu in Galeni defensionē obtenduntur.
 Sed pget quispiã, eū ipsū, quæ similia